

## Pars prima de universo.

ficandis eousq; habere corpora sua in pace  
ut et qualitates et quantitates suas pro bene  
placito suo habeant ostendere et exhibere  
quibus voluerint et quoniam voluerint et quando  
et huius rei exempla multa inuenies  
in pronominatis libris de miraculis xpianorum.  
Quarta vero causa propter quam  
spiritualia dicuntur est ista potestas atque  
libertas apparitionis qua apparent quando  
volunt et quibus volunt et quomodo  
volunt quemadmodum spirituales substantiae  
de quibus multa leguntur tam in lege hebreorum  
quam in lege xpianorum. Vides igitur  
qua ista quantum longe valde sunt a quantitate  
libet sublima nobilitate nature. Sic se habet  
de immortalitate atque impassibilitate corporum  
huiusmodi videlicet quod longe persistantes  
dispositiones sunt atque sublimiores dispositio  
nes aliorum corporum animatorum  
tam mundi huiusmodi sublimaris quod etiam  
superioris mundi corporis qui si ponantur  
celi et stelle animalia quemadmodum visum  
est platonis et aristotelis atque sequentium  
rum nec immortalitas nec impassibilitas  
similis est illis. Et de impassibilitate quidem  
manifestum est. Dicit enim forsitan passibilia  
non sint a contrariis quia contraria  
non habent ut huiusmodi physiologi posse  
suerint tandem quod inuisibilia et inseparabilia  
atque impenetrabilia sunt non est verissimum.  
Scito autem quod omnes res creare seu facte  
naturaliter receptibiles sunt melioris sta  
tus atque nobilioris et perfectionis excellen  
tioris quam naturaliter habeant. Creator vero  
solus additionem non recipit et hoc est quoniam  
nobilitas et perfectione ipsius in ultimitate su  
pereminente et altitudinis est per omnem  
modum. Quod si dixerit quia stelle celi et lu  
minaria non recipiunt additionem neque  
meliorationem. Clerum vniuersitatem dicit si intelli  
gat a natura vel naturaliter. Natura enim  
non potest addere aliquid naturalibus per  
fectionibus ipsorum. Scire tandem debes quod  
sapientes doctorum xpianorum docuerunt  
et scripsierunt in tractatibus suis et prophetarum  
eis attestari videntur ex parte quia meliora  
tionem recipient et nobilem valde reno  
uationem in renouatione seu regeneratione  
homini et causam huiusmodi audies per me in  
sequentibus quemadmodum igitur vides in  
huius partibus glorie corporum quod longe pre  
cellunt naturalibus perfectionibus ipsorum.  
Sic ymaginari et scire te oportet de glo  
ria animarum humanarum.

Erito vero inuestigandum est de ipsis  
in sensibus humanis in quo statu quo  
busue dispositionibus futuri sint  
glorificatis animabatur humanis atque corpo  
ribus Dico igitur quia glorificandi homines  
totaliter glorificabuntur. Si enim oculi non  
glorificarentur sicut remanerent in ista miseria  
et possibilitate possent cecutire vel penitus  
excedari. Sic et possent surdescere homines  
glorificati. Similiter et sensum tactus continu  
gere posset obstupescere vel extinguitur ita  
non esset vera ac pura illa felicitas que tam  
tamen haberet partem miserie. Amplius non  
se viderent in unicam glorificati homines prohibe  
te hoc subtilitate corporum ipsoque quoniam quod  
nec aer nec ignis elementum visibilis est hic  
oculis humanis propter subtilitatem sub  
statie virtusque quatuor fortius igitur illa corpora  
glorificata non erunt ibi visibilia oculis hu  
manis in ista imperfectione permanentibus  
Amplius si electi dei atque dilecti tunc fulge  
bunt sicut sol iuxta promissionem prophetarum et  
virtusque dictarum legum sive hebreorum et xpianorum  
non potuerint homines glorificati se inuenire  
cum intueri absque lesionem visuum suorum. Si  
cuit neque modo sole. Amplius manifestum  
est tibi quia sola vigilia deficit visus hu  
manus aut igitur erit somnus id est dormitio  
accordinitate vigiliarum necessarie erit caliga  
re oculos hominum glorificatorum et tandem  
obtenebrari oculo. Quod si fuerit ibi dormitio  
erit ibi laetitudo et fatigatio non erit igitur  
vel felicitas. Necesse igitur est oculos hominum  
glorificatorum glorificatos esse virtus vero vis  
ibilis perfectio est oculorum. Quare necesse est vir  
tutem visibilem in omnibus glorificandis ho  
minibus glorificandam esse que igitur erit glo  
ria illius si per eam non vident homines tunc  
eque longe ut propter et equaliter remota ut  
perinde. Amplius si non omnia cor  
pora erint visui glorificato perula possit ha  
bere impedimentum virtus visibilis in ope  
rationibus suis retardationes multas atque  
difficultates. Quare non erit elongata in  
ultimitate elongationis a miseria quam habet  
hic. Non erit igitur dispositio eius aut statu  
aut dispositio glorie. Quod si dixerit quia re  
tardationes huiusmodi et impedimenta mira  
facilitate declinabit hoc est longe maius  
quam posset hic declinare. Dico in hoc quia  
qui sic dicit glorie virtutis visibilis contra  
dicit et remouet ab ea gloriam futuram.  
Si reuera potuit ei longe minor miseria  
quam sic ea in qua nunc est hic. Quoniam igitur